



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Joannis Pierii Valeriani Bellunensis Hieroglyphica, Sive De
Sacris Ægyptiorum Aliarumque Gentium Literis,
Commentariorum Libri LVIII**

Valeriano, Pierio

[Lipsiae] ; Francofurti Ad Moenum, 1678

Lib. IX. Sus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14259

JOANNIS PIERII VALERIANI
HIEROGLYPHICORUM

LIBER IX.

DE IIS QUÆ PER SUEM SIGNIFICANTUR.

Ex Sacris Ægyptiorum literis.

AD FABIIUM VIGILEM SPOTETANUM.

*Palamonis
dilectum de
M. Varrone.*

PALÆMONEM olim ajunt magni nominis Grammaticum, incomparabilem M. Varronis eruditum et ingenium admiratum, literarum eum Porcum appellasse, tanta sibi interea earum prerogativa adrogata, ut Virgilium dicere jam tum de se presagisse, cum cecinit:

Audiat hæc tantum vel cui venit ecce Palæmon.

unum se quippe futurum, qui de scriptoribus judicaturus esset, cujus ferula atq; censura omnes veterum & juniorem lucubraciones subjici deberent, natas secum literas, secum interituras summa vanitate jactaret. Hic est Rheemnius Palamon patria Vicentinus, cujus monumentum hodie in Sumano monte agri Vincentino imminente, cum epitaphio ostenditur: ubi rus ei fuisse verisimile est, cum alias etiam agricolationis & vineæ studiosissimum fuisse, & C. Plinius ostendat. Sed ea fuerit ductus gloria, certe illud illud hominis de Varrone non à Grammatico, qui literarum tyrocinia doceret: non ab insano aut inepto viro quoquam effusum, sed ut divinitus potius editum accipimus: nam & olitor saepe non contemnenda protulit. Nos quippe Varronem non ea de causa literarum Porcum vel à Palæmone, vel ab alio appellatum asserimus, quod scripta ejus sint ulla in parte lutulentæ, vel ex bara producta: sed quia nihil sit Varrone ipso neque lautius, neque copiosius, neque magnificentius, qui tam multa, tam varia, tam practice in conscripserit, magna studiosis omnibus utilitati futura, nisi acerbissima temporum clades thesaurum eos posteris invidisset: quare his omnium consensione vir doctissimus, ac omnium disciplinarum parens, totius prædicatione vetustatis habitus. Quod vero doctrina ejus Porco æquiparata sit, ea est causa, quæ nullum animal à Sue pluribus magisq; variis condimentis aptum, quod nihil ea carne pambilius, & omnium epularum usus magis expositum, quinquaginta prope saporibus ex eo, ut veteres observarunt, excogitatis, ut non alio ex animali copiosior, neque lautior humano victui materia suppeditetur: perinde ac multa & varia Varronis scripta argumentum nullum intactum reliquere, splendidissimiq; rerum omnium apparatu uniuscujusq; animi famem explevere. Hæc igitur cum super Varrone ipso meditaret, forte accidit, ut scripta quadam mea recognoscerem, quæ scilicet olim ad ἱερογλυφικῶν interpretationem elucubraverim, eaq; inter amicos dividerem, mei erga se vel observantia testimonium. Prorupit ex his ecce Porcus Ægyptius, quem ausugere tentantem tum postico arreptum pede comprehendissem, cui dono convenienter hunc mitterem cupi circumspicere. Varronem quippe aliquem deprecabam: hic mihi tu Fabi Vigili occurristi mortalium eruditissime, cui merito hanc condimentorum lautissimam & suadentissimam ὕψιστον ἀλάτῃ, quam de Porco memonant, uti Varroni congruam, ita tua, perquam similem opulentia dedicarem. Nam tu quoque nullum dicendi genus, argumentum nullum, nullam arcana quantumlibet doctrina partem intactam reliquisti, quæ de divinis humaniq; studiis, de rerum natura, de moribus, de ratione dicendi, de quacunq; demum re, vel dici, vel excogitari possunt, tuo illo magno ingenio; felicissimamq; memoria complexus es: ut vix alterum ætate nostra conspiciam, quem Varroni illi licentissimo conferre possim. Quare Porcum hunc meum tibi deberi merito judicavi; cujus immolatione sanctissimam amicitie fœdus tam pie semper inter nos cultum & observatum, quæ tua est animi sinceritas, spero me perpetuo confirmasse.

*APlin lib.
8. c. 51.*

PER.

PERNICIES. CAP. I.



Egyptii Sacerdotes, ut odium, quo suille genus omne persequebantur, literis testatum suis relinquerent, perniciosum hominem Suis hieroglyphico significari instituerunt. Est enim natura animal admodum vitiosa, pruritu impotens, Luna maxime deficiente: constatque pariter eorum corpora vitiari, qui lac ejus biberint, lepraque & putida scabie contaminari. Quinetiam frequens Suillæ carnis esitatio aciem obtundit ingenii.

Diogenes jocus in athletas. Prima. Ceras adida gavisia est sanguine porca. Ovid. Fast. Bellunensium statutum. De Sue intellectus mysticus. Plin. lib. 8. cap. 5. Cicero de senibus l. 5.

Unde jocosum Diogenes excepit in athletas, de quibus interrogabat quidam, cur isti non sentirent: Quia, respondit ille, Suillis ac Bubulis carnis educati sunt, ad animum scilicet vertens quod alter de corpore quæsierat. Hujusmodi enim cibi quamvis corpus obdurent, mentis tamen acumen hebetant. Adhæc maleficum est etiam monstrum: quia fatis cladem non exiguam infert, damnosamque facit pauperiem, dum teneriorem segetem non depascit modo, sed & se de proculcat, & rostro eruit. Unde primum hoc animal Cereri sacrificatum Poætæ testantur, & fabulæ exortæ sunt de Cromyonia Sue Apri Calydonii matre, uno ex Thefei laboribus. Itaque Salaminii lege statuerunt, ut eorum suum dentes attererentur, qui segetibus cladem aliquam intulissent, de quo publice statutum est apud Bellunenſes meos.

SENSUS MAXIME BRUTUS. CAP. II.

Præcipua vero fuit apud Egyptios de Sue significato, ut per ejus simulacrum intellectu mystico, sensum materiæ penitus affixum, atque illi præcipue coalitum indicarent; quod licet in animantium omnium, nedum in omni brutorum genere conspiciatur, nescio quo pacto tamen longe magis brutum in Sue plurimum apparere, unicuique manifestum est. Hic vero sensus rationi plerumque sese constituit adversarium, non alter quam materiæ ratione habita, corpus animæ tam multis in negotiis reluctatur, de quo præclara Platonis in Phædone sententia, τὰ μὲν θεία, ἡ ἀθανάτω, ἡ νοητῶ, ἡ μονοειδῆ, ἡ ἀγαθῶ, ἡ αἰεὶ ὡσαύτως; ἡ κ' ἡ αὐτὰ ἔχοντι ἑαυτὰ ὁμοίω (ὁτι ἴσως εἶναι ψυχῆ), τὰ δὲ ἀνθρώπινα, ἡ θνητῶ, ἡ ἀνοήτω, ἡ πολυειδῆ, ἡ ἀγαθῶ, ἡ μηδέποτε κ' ταὐτὰ ἔχοντι ἑαυτὰ ὁμοίω (ὁτι ἄν εἶναι σῶμα). Animam quidē per quam simillimam esse parti ei, que divina est, & immortalis, & intelligibilis, & uniformis, & insolubilis, & eodem semper modo circa eadem habeat: corpus vero identidem simillimū humano, & mortali & incognito, & multiformi atq; dissolubili, & quod nunquam circa eodem habeat modo. Ex argumentis autem hujusmodi, quicquid apud Philosophos altercationis est in explorandis naturæ secretis, emanavit: aliis rationē rerum, aliis sensum præterentibus, eam illis incorruptibilem perinde ac animam esse asserentibus his hunc cogitationi, veluti & ipsos corporis affectus propinquiorem esse concertantibus. Quare minime mirum est Egyptios, & qui disciplinam eorum secuti sunt, in contemplandis iis potissimū quæ à corporibus dissepata videntur, occupatos, Porcum quippe animal sensui tantum deditum aspernatos esse: quippe qui corpus identidem summet, ut in Papyro commonstravimus, minimi faciebant, ejusq; alendi curandique negotium per exiguum suscipiebant, sensui, quem falli in unoquoque; animantium facillime posse suspicabantur, parcissime fidem adhibebant. Contra vero Aristoteles, quiq; eum sequuti sunt, sensum ita sunt admirati, ut eum cogitationibus omnibus prætulisse videantur. Sed nostra nos significata prosequamur.

VANILOQUENTIA. CAP. III.

Egyptii autem Sacerdotes, ut apud Horum est, si vaniloquentiam hieroglyphice significare vellent, & suum & averſum Elephantum sculpere consueverunt: idq; perinde erat, ac si rationem à brutali sensu averſam ostendere voluissent. Nam cum Elephantum significata Commentario suo describeremus, eum in omni fere virtutis numero, si de brutis hoc dicere liceat, rationis propemodum participem inveniebamus. Huic Sus opponitur, qui antipathia ipsius cogente vi, usque adeo est Elephantum invisus, ut ab eo nullo possit concilio tolerari, sed quum primum auditus fuerit ejus grunnitus, fugam Elephas arripere cogatur. Nota historia est, quemadmodum Megareses ab Antipatro afflicti, cum ad manifestum exitium premerentur utereturq; ille Elephantorum robore, excogitarint Porcos pice oblitos, & injecto mox igne flammatos in Elephantorum gregem immittere: quo facto validissimū Regis conatum negotio minimo irritū reddidere, victoria per ingenium sibi comparata.

Sus Elephanto invisus. Plin. lib. 8. cap. 9.



A Nimiosum alioqui hominem, qui tamen improvise aliqua specie sit exterritus, per Porcum & fugientem Leonem exprimeret quorundam inventum fuit. Ajunt enim Leonem Suis congressum declinare, visumque aliquando cum Suis aggrederetur, ut fetis horrentem aspexit, aufugisse. Sedenim hoc Leoni haudquaquam accidit ob naturae dissidentiam, ut Elephanto, sed ob horrificam Suis indignati speciem, quam cogebatur exhorrescere.

SOPHISTÆ. CAP. V.

ET ut, quod initio dicere ceperamus, prosequamur, sacerdotes illi cum nihil æque abhorrent, quam inanes sophistarum nugas, & cavillosas verborum argutias, argumentorumque decipulas in naturæ viribus indagandis, ejusmodi notæ hominem per Suis hieroglyphicum significabant. Eodem intellectu apud Hebræos suilla abstinere præceptum ait Philo, admonitosque nos ea divina lege, ut sophistas evitarem, per evitabilem hujusmodi animalis impuritatem: illi enim acutissimis tantum accuratissimisque rerum distinctionibus, quod per bifidam animalis unguam interpretantur, quasi luto inhabitantes, ita illis adhaerescunt, ut inde nunquam avelli possint, sed ad extremam usque senectutem ibidem computrescunt: nam & Porci nihil illustre, nihil purum, nihil limpidum amant sed turbida tantum, spissa, fordida, & sæculenta sectantur, inque his præcipuam statuunt voluptatem.



Suilla abstinebant Hebræi.

Hinc Horatius i. epist. Amica luto sus.

Et D. Petrus in epist. Sus in solutabro. Prob. Sus per rosas. Auctor Eudemus.

A BONIS MORIBUS ALIENUS. CAP. VI.

PER Porcum itaque inhabitantem luto, vel ut Cratetis intellectum sequar, rosas conculcantem dispersentemque, a bonis honestisque moribus alienum hominem indicabant. Nam cum Divinus passim litera rosas, & odorata omnia ponant pro vitæ morumque sinceritate, susque ita rosas aspemetur, ut de iis, qui sinistro, pravo, maleficoque sunt ingenio dicatur, aptissimum excogitatum est hieroglyphicum, ὡς λέγειν ὁδὸν, quo proverbio Cratetem usum ajunt opusculo, quod γέστωρας vocavit. Quin vivere in Arabia suillum genus ullo genere posse negant, quippe cum ea regio sit odoramentorum alitrix, a boni cujusque odoris hoste merito declinatur, & ut luculentissime Lucretius:



De rer. nat. lib. 6.

Denique amaricinum fugiat Sus, & timet omne Unguentum: nam fetigeris subus acre venenum est, Quod nos interdum tanquam recreare videtur. At contra nobis canum teterrima cum sit Spurcicitis, eadem subus hæc tam munda videtur, Infatiabiliter toti ut volvantur ibidem.

Ciceronis scomma in Verrum.

Eodem spectat quod Alerter noster, Nolite, inquit, margaritas vestras ante Porcos projicere, eos qui scelerum tantum fetoribus illuvieque delectantur per Porcos intelligens, putorem quippe omnem tantam quam odorem suavissimum expetentes. Nam quod ad lutum pertinet, Ciceronis scomma est, actione in Verrum VI. Nam nos quidem quid facimus in Verre, quem in luto voluptatum totius corporis vestigiis invenimus?

DISTINCTIO. CAP. VII.

AD hæc sciendum, unguam bifidam in Sacris literis electionis & distinctionis symbolum esse: quod apertius dicunt, cum oportere Sacerdotem monent, ut lepram a non lepra sciat internoscere, scelerum quippe differentias: justum ab injusto, & a curvo rectum, Horat. Poëta diceret.

COGITATIO. CAP. VIII.

Ruminatio autem, ut in Cervo dictum est, memoriam & cogitationem indicat. Utroque autem horum opus est, si recto & sapienti judicio esse volumus: præstandum quippe discernendi acumi-

A acumine: unde aureum illud Pythagoræ præceptum, DE REBUS DIVINIS ABSQUE LUMINE NE LOQUARE, hoc est, dandam esse operam disciplinis, quæ veritatis lumen subministrant, si sacra tractare volueris. Sed parum id profuerit nisi & memoria, iudicium, bonæque mentis accesserit examinatio. Hinc exploditur Sus, qui licet ungula fissa, minime tamen ruminat. Tales ii sunt, quanto hodie numero, Dii boni, qui, licet recti pravique cognitionem optime callere videantur, cæno tamen voluntati, cum doctrinam ipsi suam ad rectam vivendi rationem minime dirigant, optime, ut Menander ait, periti prava sectantur. Divinarum enim literarum doctrina, ut cum Origene loquamur, non solum Sacramentorum debet scientiam continere, verum etiam mores, gestaq; informare discipulum. Plerique alii quoque dixerunt, ruminare esse devovere se ad legis meditationem: fissam vero ungulam habere, inter mundum & immundum distinguere: hoc quidem literarum & præceptionum peritiam habere illud, vero meditationem esse, & divinæ providentiæ, qua recte omnia dispensat, in omnibus cogitationem, quam veteres Prophetæ *Eruitationem*, ut nostri reddunt, appellavere; ut, *Eruclavit cor meum verbum bonum*: quamcunque enim virtutem à vitio seligeremus imitandam, *Ruminans, fissam ungulam habere.*

B eam continua repetitione mandere, & in habitum assuefacere debemus. Seligere vero, est dividere literam à spiritu, & quædam secundum historiam solam edocere, quædam secundum contemplationem, quædam vero secundum utrumq; intelligere. Nam qui præstare hoc idoneus est, ille mundus: qui vero unius tantum partis est particeps, immundus. Hæc Hesychius. Neq; dissimulanda est Irenæi meditatio super hoc loco, qui cum proxime fuerit ad Apostolorum tempora, multa divinæ illius synceritatis interpretamenta percepit; cujusmodi hoc posito ex lege: *Quæcumq; ex animalibus duplicem ungulam habent, & ruminant, munda esse: quæcumq; autem aut neutram, aut alterum tantum horum habent, ut immunda segregari.* Per mundos is eos intelligit, qui ea, quæ de Patre & Filio tradita sunt, ab Ecclesia firmiter credunt, & in utroq; requiescunt: utpote quæ sit eorum firmitas, quæ duplici sunt ungula, & insuper Dei traditiones die noctuq; meditantur, cogitationes suas bonis operibus accomodantes, quæ quidem præcipua est ruminantium virtus. Immunda autem, quæ neque in Deum fidem habent, neque traditiones ejus meditantur, cujusmodi sunt, qui vocantur Ethnici, idololatæ, abominationibusq; dediti, nil syncerum, nil laudabile sapientes. Ex eorum autem numero, qui quidem ruminant, ungulam vero duplicem non habent, Judæi sunt in primis quibus quidem mandata Dei plurimum in ore sunt, sed neque Patrem & Filium agnoscunt, neque sensum à litera distinguere sunt idonei. Alii demum duplicem ungulam habent, non tamen ruminant, quo in numero sunt Hæretici, qui sacras semper literas evolvunt, argutasq; rerum finitiones pervestigant, & quicquid vel inepte vel impie sentiunt, aliquo semper divinarum Scripturarum dicto corroborare contendunt: ea tamen nesciunt, aut nolunt ad veri sensus examinationem convertere: ad justitiam, ad bonos mores dirigere, quæ legerunt. Nam bona eorum pars & Patrem & Filium agnoscere, colere, & toto mentis affectu venerari profitentur: quid tamen aut Pater aut Filius statuerit, ne minimū quidem meminisse volunt. Et ne longe exempla repetamus, cuiam hominū generi magis in ore est Jesus CHRISTUS, quam iis, qui hodie concordiam unanimitatemq; totius Christianismi, quam unam sibi Jesus CHRISTUS DEI Filius à nobis omnibus deposcit, averfantur, & eam admittere Cane pejus & Angue vitant? Hinc totiorum cædes, templorum profanationes, incestus, adulteria promiscua, sacrorum censuum direptiones, conciliandi se Deo contumacia, promissæ divinitus expiationis abnegatio, sacrorum fere omnium irrisio, & omnium quæcumque dictu factuq; abominanda sunt, profligatissima expeditio. Quod non nostri modo Prophetæ prævidere, sed maro ipse non nostri generis vates, divinasse videtur, cum hæc scribit oracula:

*Hinc movet Euphrates, illinc Germania bellum,
Vicina ruptis inter se legibus urbes
Arma ferunt, sedit toto Mars impius orbe*

*Ut cum carceribus sese effudere quadrigæ,
Addunt se in spacia, & frustra retinacula tendens
Fertur equis auriga, nec audit currus habenas.*

Georg. lib. 1.

PROFANUS. CAP. IX.

Merito igitur per Porci simulacrum Ægyptii profanum intelligebant, Susque tantæ apud Ægyptios abominationis erat, ut si quis eum vel incuria tetigisset, cum ipsis statim vestibus ad fluvium lotum abiret, subulcique nullum omnino templum ingrederentur, connubioque aliorum, *Ab Herodoto lib. 1.*

prohiberentur. Scythæ quoque Sues adeo contemnebant, ut ne alere quidem eos in regione sua vel-
lent. Apud Romanos, Flamen Dialis Porcum tangere sine piaculo non poterat. Quid, quod religio-
ni, & pietati, etiam nostris fuit Pontificibus, ne de Sue cognomentum profiterentur? atque ob eam
causam institutum, ut Romanus Pontifex, quamprimum designatus est, honestum aliquod sibi no-
men assumat, more hoc à Sergio cepto, cui cum nomen à rictu Porci esset incuria parentis inditum,
ne vox ea cederet in religionis ludibrium, Sergium se vocari iussit. Neque vero sum nefcius ex Agy-
ptiorum cognatione solos Panfelenos suilla in cibum usos, propterea quod ajunt, Typhona cum
Suem insectaretur, ligneum sepulchrum apud Panfelenon offendisse, in quo Osiridis cadaver vitro
conditum uti gentis mos ejus erat, asservabatur, atque eo provecum odio, quod illi adversus Osirim
peculiare fuit, membra eruta discerpisse, mox in rei tam nefandæ memoriâ Panfelenos populos ex
Sue convivia instituisse: quasi liceret jam sepulcro eo tam sœde profanato, in profugatisimum quod-
que prævaricationis & contumaciæ genus prorumpere.

NABUCHODONOSOR. CAP. X.

Invenies in Divinis literis Nabuchodonosora, quem *ναυοχοδωνοςοργυ* Geographus Strabo appel-
lat, Suis nomine vocitatum Psalmo LXXX. *Vaslavit vineam tuam Domine Sus sylvestris*: Idque ea
de causa quod in voluptatum luto volutaretur, & quia omni spurcitiæ genere immundus esset:
quamquam loco hoc nonnulli Salmanasarem potius intelligi volunt. Nos autem per Suem, uti supe-
rius ex Hefychio dictum est, eum accipimus, qui quidem habet scientiam divinorum, sed ea non re-
quæ utitur, utpote quam incongruis polluat facinoribus, vitæ turpi atque immundæ deditus, de quo
Petrus: *Præstaret his justitiæ viam non cognovisse, quam ea cognita retro reverti, sancta sibi tradita disci-
plina ignaviter derelicta*: quandoquidem his vere accidit proverbium, *Canis ad vomitum suum rever-
sus, & Sus lota in volutabro cani*. Omnes denique qui vel immunditiæ, vel gulæ vel reliquæ incuriæ se-
metipsos dedunt, Porcorum & Canum vitam desumpsisse lex intelligit, inquit Irenæus. Quin &
id ipsum nomen *ὄς* opprobrii cujusdam indicium facit: nam vocalem ipsam *ο*, Cajus Julius Roma-
nus, ubi de præpositionibus differit, ad vituperationis pathos exprimendum idoneam esse dicit et
Hermetis *ἐν τῷ κενφίω λόγῳ*, testimonio, additam postea fuisse F literam, nostrosque Fu dixisse, mox
Fose, hodie passim Fy, cum putoris aliquid perhorrescimus. Facit ad hoc Psalmographi testimonium,
Saturati sunt porcina, quam lectionem Eucherius ita agnovit, ut hieroglyphicum etiam jus interpre-
taretur, Judæos quippe arcanis Divinæ legis prius instructos abstinuisse profanis, porcina mox sus,
id est, privatorum dogmatum immunditiæ, quam eis & Christus objecit, faturatos: dumque negant
Christum, eandem impietate dicit etiam ad suos posteros transmisisse. Gloria illa Interlinearis vulgo
dicta, minime quidem contemnenda, immunditiem hanc attingit, & pro reliquiis quas reliquerunt
parvulis suis, addit: *Dixerunt enim: Sanguis ejus super nos, & super filios nostros*. Animadvertite tamen in
Hebraico scriptum esse, *Beni*, quod filios significat, non porcina. Sedenim ne ab hieroglyphicis
nostris avocemur, argumentum hoc de humanis hostiis à Judaico populo immolatis, commo diot
ioco, in ipso calce operis, ubi multa hujusmodi repetentur, sine ullius forte molestia percurreremus.

INDOCILITAS. CAP. XI.

Querunt sane plerique veterum, qui per hieroglyphicum Suis, indocilitatem intelligi voluerunt:
nam apud physiognomos Suilla frons, brevis quippe & hispida, capillis sursum versus erectis, in-
docilitatis indicium est manifestissimum: est enim animal maxime brutum Sus, nullumque anima-
lium magis indocile, cum reliquæ omnes pecudes aliquid habeant, in quibus dum vivunt, usus, vel
industria, vel frugalitas proficit. Suillum autem pecus nihil afferat utilitatis, nisi mortuum tantum:
quamquam Spartanorum inventum fuerit Porcos in pugnam instruere, & ad bellandum idoneos
reddere: Porcorum enim marium ludicra certamina, perinde ac etiam Coturnicum, in eorum Phœ-
beo pueri faciebat, illis ad hunc morem educatis instructisque magno rei bene gerendæ augurio is
præsumpto, quorum Porci vicissent. Ejus tamen indocilitatis ergo Marfyas, qui Apollinem in Mul-
cæ certamen provocavit, suillam fertur caudam postmodum habuisse: quippe quod temerarius
ejus conatus turpiter illi ob imperitiam cesserit. Et Philostratus Arcadas Rudes appellat, & Suibus
similes, tum ob alia multa, tum quod arborum fructibus, uti Sues plurimum turgeant, sintque, ut
ait

Panfeleni
cur Suilla
us in ci-
bum.

Voluptuosi
per Suem
significati.

Inscriptio
in Judæos.

Suis inutilis
dum vivit.

A ait Horatius, *fruges consumere nati*. Eadem ratione ex hara productum, non schola ait M. Tullius in Pisonem, indoctum & illiteratum significare volens, quod allatum fuerat. Quin & Hippocratis Coi, Medici illius clarissimi filii, ob indocilitatem & incomptos mores, à Comicis proficisci, Suem sapere ferebantur, non secus ac Varronem ipsum, tantæ verum eruditionis, Palæmon Vicentinos Grammaticorum dicacissimus, literarum Porcum vocitabat: ipse enim hunc literatum quidem, sed sine delictu, intelligi voluit, quod omnia dum sciri expediret, in fascem conjiceret majore curiositate, quam iudicio: nihil satis pensi aut constituti habens, quid aut quantum diceret. Quanquam, ut initio diximus, Palæonis dictum, in Varronis laudem, ob doctrinæ copiam & varietatem, qui lautissimus ac suavissimus fuerit animorum passus modestia causa proposuerimus intelligendum. Cessit denique res in proverbium, ut cum imperitissimum quemque eruditissimo cuiquam sese conferre viderimus, *Sus Minervam*, dicamus, quod ita Theocritus expressit, *ὄρε ἢ ἀδελφὸν ἢ πατέρα ἢ μητέρα*. Et eodem fere intellectu quo Asinus ad Lyram, *ὄρε ἢ ἡμῶν*. Subjiciamus & illud *ὄρε ἐκείνου*, de iis, qui faciunt quid inepte admodum & imperite: nam illud, *Sus Minervam*, Festus Pompejus exponit, cum is id docet alterum, cuius ipse est incius. Atque utinam, mi Fabi, proverbium in me non intorqueatur, qui de his ad te scribere sim aggressus, & pleraque; etiam alia argumenti hujuscemodi commentaria ad aliorum institutionem elucubrarim. Quid (dicent nati plerique viri) sibi vult aulicus vir iste cum Commentariis de sacris Aegyptiorum literis? quasi non satis sit ad multarum rerum elegantem declarationem Tullius, ad eruditionem Plinius & Plutarchus, ad scientiam Plato vel Aristoteles, totque alii Græci atque Latini scriptores, qui nihil intactum reliquerunt, quibus legendis ætas nulla, quantum vis longa, sufficiat. Sed quid agerem, si quando mihi temporis aliquid ab officiis vacuum relinquebatur? Luderemne aleæ? aut latrunculis? aut alio quopiam insaniendi modo? At nunquam ita otiosus fui, ut ullum mihi ludi genus placere potuerit. Venaretur (ad dedit) confabularetur, aut quid aliud civile faceret, quo ipse sibi non invisus esset, & nulli molestus viveret, neque nugis obtundere cogitaret. At qui hæc mihi alea cordi semper & pila fuit, hæc venatio, hæc confabulatio meam invitum neminem ad lectionem traho, mihi ipse lusi, invidia nulla sit, si unusquisque sua noverit ire via.

STUPIDI TARDIVE. CAP. XII.

C Pari cum Arcadibus ratione Bœotios, quod ventri & gulæ supra modum dediti essent, crassaque hinc Minerva præditi mentis tarditate laborarent, Porco cognominatos ajunt authores non ignobiles, Achæus, Eubulus, Mnesimachus, & Alexis: unde adagium *ὄρε Βοιωτία*. Et apud Pindarum & Cratinum constat Bœotios Sues aliquando nuncupatos: propterea quod Hyantes, qui expulsi fuerunt à Cadmo, eam olim regionem incoluerint, sumpta inde cavillandi causa, ut pro Hyantibus *Sues*, hoc est, Sues eos populos appellarent. Sed & alii quoque, gentem eam voracitati deditam attestantur. Porro Pindarus Olympiis fugere se ait Suem Bœotium, probrum scilicet stupidi & stolidi, quod inflictum erat sui generis hominibus.



Sua Bœotia.

LUXURIOSÆ DELICIÆ. CAP. XIII.

D Pervertutum autem fuit apud hieroglyphicos Aegypti sacerdotes, delicias, victus luxum, & lasciviam ex Porci simulacro significare. Argumento est columna in æde Thebis Aegyptiis olim erecta, in qua plurimæ in Menin regem execrationes descriptæ erant, qui primus omnium Aegyptios à parsimonia ad luxuriam, à modestia ad intemperantiam, à virtute ad effeminationem illexit, quapropter simulacrum ejus Porcum esse voluerunt. Merito itaque Rhadamantus apud Claudianum hujusmodi genus hominum petulans, ingluviosum, & vorax, in Sues condendos damnat eo loco:

*At qui desidia semper vinoque gurgulatus,
Indulgens Veneri, voluit torpescere luxu,
Hunc Suis immunda pingues detruunt in artus.*

At

In Com-
m. m.

At Xenophon Socratem ait in conviviis, ad quæ non nisi coactus accedebat, temperate semper atque parcissime cibum cepisse, iocoque dicere solitum, Circe multis huiusmodi apposis homines in Sues convertisse, Ulysem vero mutari minime potuisse, quod Mercurii memor esset, qui Consilium ei dederat, tum suamet parsimonia & abstinentia uteretur. Tale aliquid apud Musonium libro de Victu legas. Plotinus quoque cum animal hoc maxime voluptarium agnosceret, ubi disserit, de Palingenesia, in id eos reverti dicit, qui vitam omnem in libidinibus & voluptatibus egerint. Epicurus, qui felicitatem in huiusmodi vita posuit, scite notatur ab Horatio, qui sectatores ejus cognomento Porcorum nominavit in Epistolis:

Lib. 1. epist.
4. ad Alb.
Tibull.

*Me pinguem & nitidum bene curata cute vises,
Cum ridere voles, Epicuri de grege Porcum.*

GANEÆ. CAP. XIV.

Caro Porci
oliscata
valde.
Var. lib. 7.
de re rusti-
ca.

Lib. 8. c. 51.

Sane quantum ad ejus animalis carnem pertinet, delicatam cenam apud Arcadas Hecateus, ut apud Athenæum legere est, ex Maza & suilla carnè describit. Verrius ait, à Suilla vesci carnibus ceptum, quod animal id nullius esset utilitatis. Nam ut Varro animam illi pro sale datam asseribat, ne putresceret, ait Chrysippus, nihil porro Sus habet præter escam, nullumque animal pluribus & diversioribus condimentis idoneum, ut non temere T. Quintius Romanorum Imperator (sunt qui T. Flaminium ponant) dum apud Chalcidensem hospitem divertisset, variaque sibi apposita fercula observasset, admiratus fuerit unde ei solstitiali tempore tam varia, & tam multa venatio contigisset: Atqui, inquit, hospes omnes istiusmodi dapes ex Sue domestico fuerunt. Tum (quod addidisse non pigeat) prompte Quintius, & acute: Talis est, inquit, ad eorum Antiochi exercitus, campybraçti alii, alii vltires, alii hastati aut legionarii phalange compositi, per omnes Syri sunt. Porro nihil, uti supra dicebamus, ea carne parabilius, & omnium epularum usui magis expositum: nam quinquaginta prope sapes ex eo, teste Plinio, excogitatos supra memoravimus, neque alio ex animali numerosiores Ganeæ materiam suppeditari. Hinc apud Comicos, Iurcones, parasiti, ganeonesque servi, suillum semper sibi deponunt, pernam, glandem, fumen, callum, penitam, offulam, & similia. Et servus ille Plautinus cum se solum domi ac sine arbitrio relictum iri speraret, Quanta, inquit, pernis pestis erit, quanta lumbis! Galenus porro Suillam carnem cæteris laudabiliorem facit. Averroes quoque Porcinam carnem, ex Avicennæ placitis, cæteris præferendam asseverat: veluti hominibus natura cognatior, & humanum suillumque sanguinem in omnibus exactam habere similitudinem, perinde ac etiam carnis eandem esse rationem, optimi quique Medici scriptis prodidere.

CIBORUM VARIETATE SATUR. CAP. XV.

Os Porci
cur in vul-
go dicatur.Plato lib. 3.
de republ.

Apud aliquos invenio, hominem ciborum varietati deditum per pascentem suam significari: facile enim is unicuique assuescit cibo, neque suis parci scetibus, neque ab humanæ carnis esu refugit: Os enim porci vulgus proverbio appellat quasi rotundum, & quod nullo escæ genere abstinere, omnia vorere, omnia aviditate deglutiat, nihil quantumvis putre atque impurum horrescat. Ita denique animalia hæc gaudent pabuli mutatione & copia, implenturque carne, & obesoires facti minime opimantur ipsa cibi varietate, cujusmodi mensam Plato Syracusanam vocat, ἡ σικελικὴ νομὴ, quas Ode prima libri tertii recenset, Siculas etiam dapes ponit, cujusmodi distentum in gluvie Dionysium minorem Aristoteles refert in Politicis, quem nonnunquam ad nonagesimum usque diem ebrium perseverasse tradunt. Neque absimilem huic Heliogabalum Lampridius incessit, qui nunquam minoris quam centum sestertiis cœnarit. Unde centenarias cœnas, Septimus Florens, Apologetico, vituperat; cum alioqui centenariæ cœnæ à centum assibus ex ære dictæ sint, ut Grammatici veteres interpretantur. Sed de sestertiis alibi.

SALA.

A Et salacitatis signum ipsa Sus, qua pecude, ait Cicero, nihil genuit natum secundum, neque aliam ejus improbitatis causam afferunt, quam & multiplicem & assiduam voracitatem: cum longe aliter evenire in agrestibus videamus, quippe qui semel, & eodem fere omnibus die, ut Plutarchus ait, æstate scilicet incipiente foetum edant, unde vulgatum est dicitur, Non expectandum ulterius pluviam, cum Sus peperit. Itaque nonnulli Suem hanc pro æstate ponunt, de quo quidam versus vulgatus à Plurarcho recitatus:

Μηκέτι τυκτός ὕεν ἤκεν τέκη ἀγροτέρα σὺς.

Domesticæ vero & sapius, & quocunque tempore pariunt, propter eam quam diximus pabulorum ubertatem, quæ genituræ redundantia plantis etiam, nedum animalibus affatim subministrat. Eandem in homine salacitatis causam tradit Empedocles. Hinc ait etiam Eurip. ἐν πλησμονῇ τοῖς κύπελλοις, ἐν πεινώντι δὲ ἡ κύπελλος ποικεῖ, amara Cyprus est esurientibus. Nostri dixerunt. Sine Cereve & Baccho friget Venus. Sane quidem Ægyptii mortuorum ventres eximere, & in sole discindere soliti sunt: ut qui scelerum omnium causa essent, atque ita vel expiarent, vel uti de impulsore pœnas sumere viderentur. Huic vero salacitati congrue videtur illud, quod χοιρροπυλαίον verbum à Porco finxere, quod corpus prostitueret, quæstuique exponere significaret. Apud Aristophanem χοῖρος, id est, Porcum, pro muliebri natura positum invenies, ac nostri identidem Porcum, virgineum inguen blando & jocosio vocabulo appellaverunt. Idem subare dicunt nequitia verbum, quo in Epodis utitur Horatius ad rem impudicam translatus, quod est perditæ impudenterq; & brutorum more commiseri.

Terentius in Eunuchis.

Od. 12.

ANNORUM CERTUS NUMERUS. CAP. XVII

In portentis vero Porcellos supra mammarum numerum editos, tot annorum esse significatores volunt, quot numero nati sunt: ideoq; Porcam eam, quæ Lavinii triginta capitum foetum peperit, portendisse volunt, xxx. annos illis exigendos fuisse, priusquam Lavinienfes oppidum Albam conderent: parere enim oportet Porcos quot mammæ habent, ut observat Varro: si minus pariant fructuariam idoneam non esse; si plures, portentum. Ejus autem Suis quæ fuerit Æneæ portento, ac Porcorum vestigia, suis adhuc temporibus apparuisse affirmat Varro. Idem, quod eorum simulacra athena in publico loco statuta erant, & corpus matris sacerdotibus, quasi in sacrificio fuerit, ostentabatur. Ita nullo unquam tempore defuerunt, qui sub divini cultus velamento, hujusmodi aliquo invento rudes insipientium mentes per superstitionem modo hanc, modo illam deludere cogitarent.

Porci portento.

LATRO. CAP. XVIII.

Neque quidem prætereunda Sus est tot antiquis scriptoribus celebrata, quam Cromyoniam nuncupatam, ut prædictum est, Theseus dicitur sustulisse: cujus rei meminit Plutarchus & Strabo. Sunt qui fabulose, ut ejusmodi pleraque, certamen id à Græcis confictum putent: fuisse vero hanc mulierem, quæ latrocinii regionem omnem infestarent, nonnulli prodidere. Sunt qui Aprum Psalmo 80. Exterminavit eam Aper de silva, pro caco demone intelligant. Sunt qui Vespasianum præmonstratum velint, qui Judæos bello afflixit, quodque sequitur. Singularis ferus depastus est eam, Titum hunc esse ajunt ejus filium, qui assumpto ad Imperium patre, profectoq; Romam solus remansit, Hierosolymamq; oppugnatione consumpsit; & ita Eucherus accipiendum censet.

Sus Cromyonia.

IMPETUS. CAP. XIX.

Quod vero illud, quod omnium Poetarum consensu, impetus & bellica ferocitas per Suem, verum eam agrestem, indicatur? Ferocem enim bellatorem si velint insigniori aliquo vocabulo honestare, Apro eum similem dicunt. Apud Aristophanem, in Lystrate, mulierum chorus, Si per Deas, inquit, hodie me commoveris, solvam ego Suem meum. Et eadem comœdia, Laconum chorus minatur se cum Leonida tanquam Apro irruiturum. Nam pugnacitas usq; adeo illi propria est, ut provocatus, à venatore minime fugiat, sed ultro pugnam capessat, & in ostentata tela nihil veritus irruat: unde in proverbio cessit, cum de audacibus aut nimium promptis loquimur, ad nos venire per hastam, ut sylvestrem Suem. Romani nostri, ut sapius animadverti, venatores eos ignominia notant qui feruente jam venatione Apro conspecto, illum non illico provocaverint: atque hinc de eo, qui sibi

Hinc Mar. lib. 10. Apri pugnacitas.

Q

sibi rixas contentionesve quarit, *ὅν ὁ γένην* dicitur. Harum rerum causa extrema Germanorum gentes, Aillyi appellatae, pro armis formas Aprorum olim gestare solita, una cum Matris deorum insigni, qua superstitione etiam inter hostes sese, tutos arbitrabantur. Apri porro vim & fulmineum illud robur admiratur Oppianus, quandoquidem in venatione oppressus, tandem cum occubuerit dentes usque adeo ignitos praeseferat, ut fetæ de collo adhuc trepidantibus avulsæ, dentibusque ad motæ, quasi prunis ardentibus applicitæ concrispentur, sique propius adhærescant, concrementur. Sane Canes si tunc temporis ejus dentes attigerint, tacti cutem perpetuis stigmatibus inuruntur. Tantam hunc tamen bellæ istius ferocitatem & impetum (ut *κατὰ τὸν ἄγρον* hoc dicam) facile declinari posse docet Democritus, qui eos ab Apris impeti negat, qui Cancris ungulas ac pedes alligatos gestarint. Quod vero Aprum hunc Unifestem Homerus dixit, haudquaquam hujusmodi coitus raritatem, ut aliqui putant, indicat, sed historiam ipsam, quam verissimam esse dicit Aristoteles: plerumque enim inter pacendum eo quo defertur impetu truncis & sippiibus acutis testes atterit, ut vix unus interdum relinquatur incolumis.

Huc spectat illud Horatii. Aut cum Tonantis, Ec. 4. Car. Ode 2.

ÆSTAS ET HYEMS. CAP. XX.

ÆSTATEM per factum suum significari tam ex historia, quam ex vulgato dictorio docuimus. Nunc cur A per hyemale tempus hieroglyphica imagine significaret, referendum. Hyemis utique facies hispida est, aspera & horrida, hispidus, asper & horridus est A per. Humida, lutosa, pruinosaque hiems est, humidis, lutosis, pruinosisque locis A per deletatur, quibus dum fruitur, oblaesivum sibi maxime omnium videtur. Adde quod hyemali fructu, quippe glande, pascitur. Adonin ab Apro confectum, mythologi prodidere, quem Venus luget insolabiliter: id quid sibi velit operæ pretium fuerit explicare. Adonin mysteriorum interpretes Solem esse autumant, Hemisphæria duo statuunt Astronomi, lucis unum, tenebrarum alterum. Fines describunt in Zodiaco, hemisphærii superioris ab Arietis puncto primo ad Virginem usque; permeatam: inferioris à Libra ad extremos usque Pisces. In superioribus autem his signis major lucis participatio, in inferioribus longiores tenebræ. Incolit elegans Venus superius hemisphærium, lutulenta Sus inferius. Cum igitur Sol nobis excipi videtur à tenebris, Adonis ipse conficitur, hinc reliquum est, ut Venus luctu & mœrore contabescat: quæ lucem quam amabat privata, lugubrem quodammodo pallam induere cogatur. Hinc idem apud Ægyptios longæ quaritus Osiris, & Cereris tandem inventus diligentia.

Adonin ab Apro confecti hieroglyphica explicatio.

VENUS. CAP. XXI.

DIU vero apud Ptolemaum cognomento Assertorem, disputatum ferunt à peritissimis viris de Plutone, declaratumque demum est, eundem esse & Osirim & Plutonem. Cererem autem eandem ac Venerem haberi, cui cum nitor & munditia sit cordi, merito sibi proponit suam semper abominabilem, animam uti manifestum, spurcissimum, quod in Adonis elegantiam usque adeo servare gessit. Sane apud Sicyonios, cum victimarum omnium femora Veneri adoleri solita essent, unius tantum Suis ob huius facti memoriam, femora non adurebantur. Quoniam vero Venerem hic eam ponimus quam Cœlitem appellat Plato, quæ pura, nitida, lucis ac splendoris studiosa est, non humilè vulgaremque quæ sua conscia turpitudinis in antro secudebat, fornicibus & arborum umbris septa minime absurdum est, quod ex veteribus nonnulli tradidere suillum genus adeo invisum Veneri, quod immundissimi sunt Sues ex omni mansueto pecore, uti superius ostensum est.

ADONIS. CAP. XXII.

Hyemis figura.

QUA demum effigie ostentaretur Adonis iste in hyemalis temporis hieroglyphicum, recitare non pigeat. Simulacrum enim ejus in Libano monte olim tali habitu visebatur, obnupto scilicet capite, specie tristi, faciem manu læva, dextra amictum sustinente, in quem lacrymæ confluere videbantur: quæ omnia speciem hyemis describunt.

CHAOS. CAP. XXIII.

Sues tenebrarum symbolum.

ET quoniam ita sunt mortalium ingenia, ut quod ab uno aliquo scriptore sit excogitatum, aut memorie mandatum, nunquam alii desint qui priorum industriam labefactare conentur, sunt qui tradant Ægyptos non ea de causa suillo generi pepercisse, quod impurum id esse decrevisset, sed veneratio animalis id tenebrarum symbolum haberetur: cumque illi tenebras longe anti-

Antiquiores luce prædicarent, cujusmodi quippe erat illud quod dixere Chaos inanis, bruta, & stupens materia, formæ expers, ac tenebrarum omnium conceptaculum, eaque de causa Porcum tenebrarum & cæcitatæ simulacrum esse profiterentur, quod oculos ita superne obumbratos supercilli prominentia fortitus est, ut cælum tot luminibus insigne, tot lampadibus illustre, nunquam intueatur, cernuus vero semper humum despiciat; terram inquam ipsam, & noctis & totius obscuritatis parentem unice contempletur, congrua admodum visa est similitudo, & vera sympathia: ut, qui tanto cultu tenebras prosequerentur, animal averfam à luce identidem admirarentur: nam ea quoque de causa Crocodilum, ut loco suo dictum videbis, pro Deo coluerunt. Porro Alexander Aphrodisæus Suem ait pronum adeo, ciboque deditum, ut si forte sursum aspiceretur, protinus stupore percussus sileat ob insolentiam. Addunt hepar ejus imminui cava Luna, atque consensum cum ea quandam habere, Luna vero sunt pulla omnia dedicata.

PORCI CULTUS. CAP. XXIV.

B Quinimo adjiciunt, non Ægyptios tantum id honoris Porco habitum voluisse, verum alias etiam gentes Porcum inter numina collocasse. In Creta enim sacra erat Sus, quod creditum sit animal hoc nascenti Jovi mammam summisse, puerique vagitum, ne audiretur à quopiam grunnitu pervicisse: licet hoc Amalthææ Capræ assignent plurimi, usque adeo nullum apud vetustatem illam totius imperitam veritatis, tam impudens mendacium erat, quod vanitas eorum temporum non admitteret, & religiosissime approbaret.

MILITARIS ORDO. CAP. XXV.

Porcum sane Romani inter signa militaria non sunt admittere dedignati: quæ quintum continebant locum, & instructæ aciei rationem figuramve quandam, *Porcinam frontem* appellabant.

JOVII. CAP. XXVI.

In gestaminibus vero militaribus Romanorum quæsierit forte aliquis, quid sibi velit Sus coloris rufi, habitu quodam fedenti, positus quippe clunibus, ac reliquo corpore surrecto, quæ spectatur in cæruleo clypeo, cujus marginè ruber ambit circulus. Insigne hoc erat eorum ordinum, qui Jovii appellabantur, Diocletiani principatu, & sub illustri viro, Magistro peditum nuncupato, militabant.

HONORIANI. CAP. XXVII.

C In eadem igitur Romana militia præferbatur albus clypeus, cujus aureus erat umbilicus à luteo circulo circumscriptus. Circulo innitebantur dimidiati Porci duo coloris præfati, alter alterum inspeciente. Insigne hoc erat eorum militum, qui Honoriani vocati sunt, ab Honorio principe instituti, hi que sub Magistro equitum stipendia faciebant.

AGRICOLA. CAP. XXVIII.

Sed ut ad Ægyptios redeamus, sunt qui aliam etiam affirmant causam, cur animal hoc Ægyptii voluerint esse inviolabile: nempe quod apud eos Porci agricolationis usum præstarent, frumentariamque rem alicubi solis eorum operis adjuvarent. Nam qui, ut Eudoxus ait, propinquiorem Nilo regionem accolunt, quæ satis mollis & irrigua est, nullo aratri, rastrive aut farculi usu freti, suilibus tantum vestigiis terram subigunt: exundante scilicet Nilo remollescit terra, cumque redierit in alveum, lementem faciunt, inde Porcos abigentes oculunt & terræ mandant, dum illi & rictu terram subvertunt, & sparsa per agrum semina pedibus occulcant. Sane Latini utilissimum satis sulcum Por-

Dcam appellaverunt, rari eum scilicet, qui deducitur aquæ derivandæ gratia: quippe ut aquam frumentis nocere prohibeat. Inde veteres porcare pro prohibere usurpaverunt, quamvis Varro elatam terram inter duos sulcos ideo Porcam vocari dicit, quod ea seges frumentum porricit. Sic cum Diis extadabant Porricere dicebant. Quoniam autem mirifice inter se congruunt hieroglyphica cum sacrificiorum ritibus, quod utraque iisdem causis plurimum inniti videantur (nam uti paulo ante positum est, hieroglyphicum vaniloquentiæ per Porcum, quem Elephantis aversetur, in sacrificiis identidem immolatur Porcus, ab laborantibus delirio verborum, atque etiam insaniam, quod terrenis præcipue sensibus additus applicitusque est, sponteque & voluptuose admodum inhæsit luto, lasciviæ turpitudinumque simulacrum habetur: idem in sacrificiis Maja, & Diis terrenis offertur, & ita demum in plerisque aliis hieroglyphicis, idem consensus est) non incongruam rem me facturum existimavi, si de

Porcorum immolatione plenius quædam appoſuiſſem, ab eo autem quod ſuper delirio nuper atti-
geramus, incipiam.

DELIBRII PIACULUM. CAP. XXIX.

Immolari ſiquidem Porcum ab laborantibus inſania, verborum-
que delirio, multificius Plautus indicat Menachmis:

*Nunc ipſi natura Deo mihi respondeas
Adoleſcens, quibus hic pretiis Porci venerunt,
Sacres, ſynceri nummum unum en à me accipe,
Jube te piari de mea pecunia:
Nam ego quidem inſanum eſſe te certo ſcio.*

In eandem ſententiam Horatius Sermonibus:

Immolet equis Hic Porcum Laribus?

quod is inſania minime laborare videretur, qui dives, neque per-
jurus, neque ſordidus haberetur.



SACRIFICIUM. CAP. XXX.

Sed tamen multis porro myſteriis Porcus ſacrificari ſolitus, ut
animalium ſoli Sues *ἱεῖαι δὲ τῶν ἱεῖων*, quod immolare eſt, meruerint appellari: Latine ſacres teneri adhuc: & in veteri comædia Sues myſterici nuncupantur, eaque laudatiſſima erat hoſtia, ſi quis inventus eſſet Porcus, qui ſolidas ungulas, non di-
viſas haberet. Quod ne cui mirum videatur, ſciendum eſt, ex Ariſtotele, in Macedonia Æmatheolicas Sues unguibus eſſe ſolidis.



SACRAMENTUM. CAP. XXXI.

Porcus in
juramenti
adhibitus.

Per Porcum ſane jurare Agamemnonem apud Homerum legi-
mus. Et pugiles certamen inituros juxta Horcii Jovis ſtatuam in Elide maçtato Porco ju-
rare ſolitos, ſine fraude ſeſe comparalle, tradit Paulanias. Quinetiam iudices præfectosque
certaminum eodem ſacro, & apud eandem ſtatuam juraſſe tradit. Nulli vero Porcum illum,
per quem illi juraſſent edere licuiſſe: quare Talthibius Homericus Porcum, quem Agamemnon
pro juramento ſtatuarat, arreptum in mare præcipitem dedit. Addemus & illud, Cenſores Ro-
manos completo quinquennio luſtrari ſolitos, ſacrificia de Sue, Ove, Tauro facientes, quæ unica
diçione SOLITAUROLIA vocabantur, ut obiter apud Pædianum in Divinationem corrigas, quod
duabus locutionibus diſſitum legitur in vulgatis codicibus, *Soli Taurilia*. Cereri autem Porcus,
uti dictum, in primis maçtabatur, ſive quod paſtu ſegetum & diſſipatione, magnas arvis inferat
clades, ut apud Ovidium,

2. Feſt.

Prima putatur

Hoſtia Sues meruiſſe mori, quia ſemina roſtro

Erucrit pando, ſpemq; interceperit anni.

ſive conciliandæ fecunditatis gratia, cum animal ſit (ut id identidem repetamus) ſcetura admodum
proliſica: Adhiberi ſane ſacrificio Cereali Porcam auream & argenteam nuncupatam, ait Atteius Ca-
pito: quæ etſi numero hoſtiarum non ſint, nomen tamen earum habere, alteram ex auro, alteram ex
argento factam. Propudiatuſ vero Porcus dictus eſt, idem aſſerit Capito, ſacrificio gentis Clau-
diæ velut pulpamentum & exolutio omnis recontractæ religionis eſt. Sed ut ad foedus revertamur,
Porco etiam caſo ſacra fieri ſolita, quotiens inter populos conſecto bello, vel pax fiet, vel foedera
confirmarentur. Sed quod Virgilius ſæminino genere, *Caſa jungebat ſædens Porca*, dixerit, Quædam
(ait Quintilianus) non tam ratione quam ſenſu judicantur: ut illud, *Caſa jungebat ſædens Porca* fecit
elegans fictio nominis: quod ſi feciſſet Porco, vile erat. Quod vero Servius ait falſo dictum à Virgi-
lio, Porca, quod ad hoc ſacrificii genus Porcus adhiberetur, Tranquillus in vita Claudii, cum Regi-
bus

A bus scedus in foro icit, Porca casa, inquit, tamen Livius quoque Porcum statuit. Sedenim apud Fe- Capite 27
stum invenies, hanc Porcus in sacrorum Pontificalium libris scriptum esse. Porcam autem dicit Vera-
nius, quae familiae purgandae causa Cereri itidem solita est immolari, quod pars quaedam ejus sacrifi-
cii fieret in conspectu ejus mortui, cujus funus instituebatur. Extant autem etiam hodie sacrificio-
rum hujusmodi vestigia Romano solo: nam veteri quodam instituto in defuncti memoriam corbes
suillae carnis atq; etiam bubulae in frustra concisa ostiatim circumferunt, singulisq; a dibus frustum
carnis unum impendunt, quicquid lautorem hanc faciunt viscerationem, Panem & vini sextarium abji-
ciunt.

NUPTIALIA. CAP. XXXII.

QUI NETIAM nuptiarum initiis, antiquis Regibus Porcorum mactare mos erat. Et potentiores ^{Mos anti-}
quique viri in Hetruria nuptialibus conviviis, novae nuptiae maritumque Diis tutelaribus Porcum ^{quus in}
immolabant: quod etiam prisci Latini & Graeci in Italia faciebant. Unde is qui sponsam ducturus ^{nuptiarum}
cum omnia apparasset, & spe sponsae frustratus esset, exclamavit: ^{initium.}

B *ἀπώλεν γ' ὄς, ἡ πάλαρον, ἡ γάμου*
Perit quidem Sus, & talentum, & nuptia.

Hysteria sane festa erant, quibus Sus Veneri mactabatur, Argis instituta, cujus rei meminit Callima- ^{Ab Erasmo}
chus: quanquam apud Sicyonios omne animalium genus Veneri, ut alibi diximus, praeter unum ^{Chil. 4.}
suum sacrificari solitum invenias. Aristoph. *Sed Veneri Porcus non sacrificatur.* Causam superius ex- ^{cent. 1.}
posuimus. ^{Prover. 14.}

TERRA JUNOVE. CAP. XXXIII.

MACTABATUR etiam Majae, sed praegnans, quae omnino terra est, & ut ait Cornelius Labeo, ^{Maje Dea}
nomen illi a magnitudine inditum: quae etiam in sacris Magna mater, & Opis vocabatur, cui ^{Porcus,}
sceptrum etiam in sinistra manu addebatur, quod eam Junonis potentiam habere putabant. Quan- ^{facies.}
quam sunt qui Majam eandem Proserpinam interpretantur, ideoque illi Porca fieri, Suemque mori-
meruisse, quia femina, uti dictum est, pando eruerit rostro. Proserpinam vero esse vim segetum & fru-
gum omnium per hyemem terrae abditam, per mitius vero tempus in superiori aperta regione ^{Epipt. 2.}
commorantem, mythologi docuere. Majae autem Porcus sacer erat: quo illi cum alio quopiam nullo ^{Epipht. 2.}
quam cum terra quicquam commune esse manifestius intelligamus, sitque denique, ut Flaccus ait, ^{Epipht. 2.}
amica luto sus, victimae enim numinibus aut per similitudinem, aut per contrarietatem immolaban-
tur, qua in sententia Virgilius dixit:

Et in veribus torrebimus extra columnis.

Georg. 1. 2.

in antipharicum scilicet: ut hostia nocens eo itidem virgulto coquatur, quod vitibus nocet: nam
ea de causa praecipuum ab eodem fuerat, ne inter vites corylus sereretur, quanquam Festus columnum
hastile ex cornu arbore mavult esse, quam ex corylo: contra vero Sospater Charisius columnum bar-
barisimum esse literarum transmutatione dicit, cum sit Corylus arbor, ita enim apud eum scribitur.

HUMANA HOSTIA. CAP. XXXIV.

RELICUUM est, ut de humanis hostiis loquamur, quando constat Porcos id beneficii humano ^{Hominum,}
generi contulisse, ut pro nobis, in hujusmodi sacrum ipsi succederent. Nam scelera illa mactan- ^{ut & Porci}
dorum hominum ubique fere locorum admittunt, minime fabulosum habetur: manifestum siquidem ^{mactatio}
est hujusmodi fuisse sacrificium Taurice Dianae, quod receptorum auctorum fide testatissimum vide- ^{usitata.}
mus. Neque quidem Scythae solum haec perpetrare facinora, quos propter ingenitam barbaris ^{ut Pompe-}
feritatem id fecisse minime mirum videtur: sed & Aegyptii antiquitus tales Junoni hostias immola- ^{ignis Mala.}
runt. Romani quoque ipsi Jovem, quem Latialem vocabant, humanis hostiis coluere. Jam Sicinius ^{lib. 2. c. 1.}
Dentatus multis certaminibus illustris, primus apud Romanos hoc sacrum Marti fecit. Sedenim ^{Val. Flacc.}
alios quoque fuisse dicit Athanasius, qui postquam a bello victores rediissent, captivos per centuri- ^{arg. lib. 2.}
as dividerent, deque singulis unum desumentes, cum Marti jugularent. Hinc Virgilian. Aeneas Pal- ^{Juven. Sat.}
lantis satis Manibus facturus:

Sulmone creatos

Quattuor hic juvenes, totidem quos educat Ivens;

O 3

Aeneid. lib.

10.

Viven-

*Viventes nupti, inferias quos immolet umbris,
Captivosque rogi profundat sanguine flammis.*

Saturni co- Diodorus ahenum Saturni colossium apud Carthaginem fuisse memorat, cuius brachia porrecta in
lossus adbe- gyrum erant, quippe ad eum pervenire adolescentem sacrificandi causa cogebantur, in foveam ignis
ntur. incidebant: hacque sacrificii crudelitate diutissime prolem ipsi suam maceraverunt Deo, qui & filios
suos devorasse perhibetur: mox cum aliquando scelus abhoruissent, servitia in hunc usum emere in-
stituerunt. Subsecuta inde pestis est, mox obsidio gravissima, quare illi Saturnum sibi succensere rati,
trecentos impuberes ingenuos sacrificarunt, quamvis, ut in Lucernæ hieroglyphicis meminimus,
nonnulli ducentos tantum ponunt. Galli etiam morem hunc sacrificandorum juvenum in Saturni
cultum (D. Augustino teste) susceperunt. Phœnices quoque atque Cretenfes eo & ipsi profecti sunt
infantia, ut filiorum sacrificiis Saturnum sibi placari arbitrentur, ne inhumanitatis istius nota novi
Heliogabalo inuratur, qui humanas hostias libenter immolavit, le&is ad hoc pueris nobilibus & de-
coris per omnem Italiam, patrimis & matrimis, ut major esset utrique parenti dolor. Neque temere
Appion & Julianus Apostata, & alii Hebræos carpunt, quod humanis hostiis abusi sint, cum in ore
Judic. c. 12. omnium versetur Jephthæ Galaaditarum principis detestabile tacinus, qui contra Ammonitas profe-
cturus vovit, si victor reverteretur, illum Deo se immolatorum quicumque revertentem filia sua unigenita, cum
tympanis & choris gratulabunda occurreret prima, qua conspecta scissis sibi vestimentis infelicitate
suam, & luctuosam filia calamitatem miserabiliter deploravit, neque tamen impio abstinuit sa-
crificio, cum generosa virgo viriliter instaret, ne pater voti reus fraudaret Deum, dum tantum mē-
sum implorata mora, qua in montibus virginitatem suam deseret: quo elapso tempore ad patrem
magno animo rediit, seque obtulit sacrificandam. Sed id impie Julianus & Appion faciunt, quod Ju-
dæos omnes in unum eundemque ordinem redigunt, atque adeo Christianorum quoque instituta,
detortis præpostere horum exemplis, maligne admodum insectantur, contumacium & à divino præ-
cepto prævaricantium moribus innixi, quos neque nos unquam imitati sumus, nec ab ullo unquam
pio suscepti idque dissimulant illi quod à regio Psalmodographo tam acriter improbat, ubi Psal. su-
pra 100. clamat, prævaricatores quosdam à vera pietate abalienatos eo dementia prolapsos, ut & fi-
lios & filias suas cacoæmonibus macerare non exhorruerint: & ut rem magis exacerbaret, indigna-
tionemque suam exaggeraret, ejusdem statim rei repetitione facta, innoxium ait filiorum suorum
sanguinem ab eis effusum, & Chanæorum simulacris oblatum, terra foedissime polluta, quæ scelus
tantum, & usque adeo impium, execrari videretur. Quin & Chrysofomus oratione contra Judæos
Sacra à Ju- tertiam, objicit eis, quod filios & filias suas dæmoniis immolarint. Negat hoc Adamantius contra Ju-
daei hodie lianum, sed de sacrificio piorum, Deo rite facientium loquitur, non esse eos Judæos intelligens, quia
facta quo- legitimis Judeorum sacris recesserunt. Chrysofomus prævaricatores taxat, quia dæmoniis ea facie-
modo. bant. Et tamen hodie sunt inter Judæos, qui cum non possint Christianæ severitatis metu homines
immolare, qua ratione tamen humano sanguine sacra faciant excogitatur: eo, quippe à thermis, à co-
curbitulariis quoque pretio promercati: ita eo in vitreum aliquod vas infuso, & ad arduos carbones
admoto exciendis dæmonibus abutuntur, quos appellarint, quoad sanguis ille deferbuerit, ad man-
data a dæmonibus, & ad omnia, quæ iis sciscitati fuerint respondentibus. Sed ut hæc non à Judæis Do-
mini, sed à malis & rebellibus factitata prætereamus, Porcumque nostrum jam rude donaturi honesta
etiam missione pro meritis ornemus, quid ab eo beneficii consecuti fuerimus consistendum. Siqui-
dem Diophantes Lacedæmonius, qui de sacris Deorum opus admodum curiosum elucravit, Pot-
centum homines cæci disset, Marti hominem faciebat. Magna igitur suo
pecori gratia debetur, cujus immolatione vita sit hu-
mano generi condonata.